S. Non arbitror te fuisse in Francofurtensi
mercatu, quo literas meas miseram. Neq. velim
cum sciam isthic esse postea intelligam. Ut
te optimis literis Deus conservet & omnibus
bonis augeat, precor. A me quicquid fieri
potest, quod probes & prosit, ad id me promptum
paratumq. esse iam antea significavi. Amo
ingenium & industriam tuam, & laboribus
quos reipub. literariae causa suscepisti, faveo.
Utinam favor, non inane verbum esset.
Foxius ad nos non venit, Neq. venturum eos
fuisse, venturum arbitror. Nihil Poloniae
statu miserius. Meum librum Novae
glossae ordinariae cuidam amico utendum
dedi, is non reddit; Ne prorsus caream,
quod mihi peracerbum esset, oro cum occasio
erit exemplar mittas. Pauci sunt, imo hic
nulli propemodum, qui hunc librum prius
viderint. Non puto Biblia in 8vo a [illegible]
appellatam editam anno 1545 a parente
tuo cum annotationibus ulla extare exem:
plaria, verum si unum habere possem,
magno me beneficio affectum existimarem.
De hoc iij ad Jacobum meum scripsi, ti
ut literas novas exhibeas & me ames
pergas. Bene vale iij Octobris 1574

Dudith

Cl. v. Dno Henrico Ste:
phano typographo & amico
S. summo

Geneuae Crato